



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ad annum Christi 1563

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118618**

§. 45. Sessio ad feriam quintam post Paschatis octavam dilata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66653)

Sæcul. XVI. „majorem in tam iniquis rerum condi-  
 A. C. 1563. „tionibus declarationem exposcat.

## §. XLV.

*Sessio ad feriam quintam post Pascha-  
 tis octavam dilata.*

*Pallav. c. 16.  
 n. 10.*

*Psalm. p. 369*

*Sarp. p. 642.*

*Lett. de*

*Visconti*

*tom. 1. Lett.*

*2. pag 9.*

Feria quarta die tertia Februarii Synodi Præsides habita prius longa de liberatione conventum habebant, in quo Cardinalis Mantuanus proponebat, differendam esse Sessionem usque ad primam feriam quintam post octavam Paschatis, quæ dies incidebat in vigesimam secundam Aprilis: interim vero dicebat tradendos esse Theologis articulos de Matrimonii Sacramento, ac singulis diebus duas habendas esse congregationes, ita, ut Theologi mane de hoc argumento disputarent, Patres autem Vesperi agerent de abusibus in ordinis Sacramento commissis.

Hujusmodi procrastinatio Hispanis Præfulibus, multisque Franciæ Prælatibus displicuit, hinc exponebant, quod Sessiones de die in diem differre Synodo probrosum esset, indeque manifestum fieret, quod Patrum patientia fatigari intenderetur, ut tandem opinionibus, quas approbare detrectant, assentiri cogantur, qua agendi ratione libertas penitus adimeretur: quinimo non deerant, qui asserere audebant, quod distin-

ctio

ctio illa inter Sessionem, & Congregationem Generalem non nisi conficta esset, cum tam in hac, quam in illa iidem Præfules convenirent, ac tanquam res decisa habenda esset, quicquid in congregatione generali decretum fuerat, nihilominus insuperhabita hac cavillatione Sessionem esse differendam conclusum est.

Sæcul. XVI.  
A. C. 1563.

§. XLVI.

*Sessio ad vigesimam secundam Aprilis diem a Cardinale Mantuano indicta.*

Altera die quarta Februarii Cardinalis Mantuanus omnibus Synodi Patribus in conventu generali congregationis hæc proposuit: *Pervenimus ad Sessionis diem, non tamen pervenimus ad concordiam Sessioni præcituram: etenim cum ingens peccatorum cumulus, inter nos, & Patrem misericordiarum interjebus, nondum sublatus fuerit, non potuit ipsius misericordia ad nos descendere, qua disjiceretur dissensio supra Ecclesiæ Principes diffusa.* His dictis necessitatem differendæ Sessionis ostendit, rationemque reddidit, propter quam assignanda esset dies vigesima secunda Aprilis, quæ incidit in feriam quintam post octavam Paschatis. Postea hæc subjunxit: *interim optarent Præsides, ut Synodi Patres interea colligendis abusibus, qui quoad*

Pallav. n. 13.  
Raynald. hoc  
ann. n. 17.